Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



funditus euersa. Cui ex qua culpa euersionis sue pena fuerit
illata subiungitur eo quod non cognoueris tempus uisitatio
nis tue. Creator omnium quippe per incarnationis sue myste
rium hanc uisitare dignatus est. sed ipsa timoris et amoris il
lius recordata non est. Unde etiam per prophetam in increpatione
cordis humani aues celi in testimonium deducuntur. dum dicitur.
Miluus in celo cognouit tempus suum. turtur et irundo
et ciconia custodierunt tempus aduentus sui. populus
autem meus non cognouit iuditium domini. Sed querendum prius est
quid sit quod dicitur. uidens ciuitatem fleuit super illam dicens. quia
si cognouisses et tu. Fleuit et enim pius redemptor ruinam
per fide ciuitatis. quam ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse
uenturam. Cui aflente domino recte dicitur. quia si cognouisses
et tu. sub audis fleres. Que modo quia nescis quod immi
net. exultas. Unde et subditur. Et quidem in hac die
tua que ad pacem tibi. Cum enim carnis se uoluptatibus
daret. et uentura mala non prospiceret. in die sua que
ad pacem ei esse poterant habebat. Cur uero bona pre
sentia ad pacem habuerit. manifestatur cum subditur. nunc
autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis eius
oculis mala que imminerent abscondita non essent. leta
in presentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam pena que
de romanis sicut predixi principibus imminebat ad
uincta est. Qua descripta quid dominus fecerit audiamus. sub
ditur. quia ingressus templum cepit eicere uendentes
de illo et ementes. dicens illis. Scriptum est. quia domus
mea. domus orationis est. Uos autem fecistis illam speluncam